

## Questio Secunda.

eum omnes anime creabiles possunt esse create ergo omnes anime quarum quelibet est creabilis possunt esse create tenet consequentia quia anime creabiles et anime quarum quelibet est creabilis conuertunt Item bene sequitur. Iste sunt anime quarum quelibet est creabilis ergo iste possibiliter sunt demonstrando omnes quarum quelibet est creabilis alias subiectum antecedentis non supponeret et ultra iste possibiliter sunt ergo iste possunt esse creabilia. Item iste quarum quelibet est creabilis sunt hoc creabile et hoc creabile et sic de singulis ergo sunt creabiles. Item iste anime quarum quelibet est creabilis possibiliter sunt anime ergo creabiles. Item tunc ista omnis chimera currit non haberet singularem quia subiectum non verificatur de aliquo hoc quidam cōcedunt licet sit vniuersalis sed contra tunc non queribet singularis eius esset falsa. Dico preterea quod impossibilia et chimera possunt demonstrari scilicet ad intellectum et ideo non videtur bene dictum quod demonstratio qua demonstrantur omnes anime creabiles sit impossibilis. Dicendum igitur quod hec est vera in sensu diuisio capiendo omnes distributive omnes anime creabiles possunt esse create non autem capiendo omnes collective quia tunc subiectum non supponit unde nec deus in infinitis partibus hōre posset producere omnes animas creabiles. Ad aliud dicitur quod illa ratio bene probat quod in naturis libus non reperitur infinitum.

Ad sextum respondet. S. T. hic et in secundo dis. xxx. q. iij. ar. ii. quod licet corpus mathematice. id est de genere quantitatis acceptum sit diuisibile in infinitum corpus naturale non est diuisibile in infinitum in corpore enim mathematico non consideratur nisi quantitas in qua nichil inuenitur divisioni repugnans. Sed in corpore naturali inuenitur forma naturalis que requirit determinatam quantitatem sicut et alia accidentia unde non potest inueniri qualitas in specie carnis nisi infra aliquos terminos determinata. Dico preterea quod non omne continuū est diuisibile in partes sic quod una possit separari ab aliis patet de celo. Item nasus hominis est eiusdem speciei essentialis cum homine et tamen non potest per se esse sicut homo. Forte negas primam partem sed probatur quia nasus hominis componitur ex materia et forma eiusdem speciei cum toto homine. Itē nasus hominis continuatur alijs partibus ergo est eiusdem speciei cum eis. Dico preterea quod de ratione continua est esse diuisibile. id est quod habeat partem realiter distinctam ab alia nec oportet quod una sit extra aliam secundum situm ut patet de corpore christi in sacramento eucharistie. Item non sequit istud est eiusdem rationis sicut prius ergo potest perseu rare in esse sicut prius ut patet de homine vulnerato in corde. Sed nonne medietas minimi naturalis est minor eo si sic ergo datur minus minimus. Dicendum quod non datur minus quod possit per se subsistere.

Ad septimum dicitur quod si minimum diuidatur resoluetur in continens. Et si ponatur in vacuo non poterit diuidi. Ad aliud dicitur quod non datur prima pars motus sed bene datur primum motatum quia forma introducitur in ipso minimo per subitam mutationem. Et dico quod non semper agens prius alterat partem sibi proximorem quando pars proximi or non est per se susceptiva forme introducende per ipsum agens nec est simile de productione primi minimi et de alijs sequentibus quia partes sequentes non per se subsistunt sed vniuntur prime.

## Articulus

## Quintus.

Ad octavum dicetur postea. Ad aliud quidam non habent pro inconvenienti quod minimum naturale habeat ultimum instans sui esse. Sed videtur illo concessu quod res permanens semper definit per ultimum instans sui et incipit per ultimum instans non esse quia antequam res corruptatur semper est deuenire ad minimum. Forte dicas quod quo ad illud minimum res habet ultimum instans esse. Tunc queritur de forma que in illo minimo immediate post hoc producetur quia cum illa habeat minimum naturale queritur an illud sit in instanti vel in tempore. Si primum ex quo instans non est immediatum instanti quod ritur sub qua forma erit materia per tempus medium inter illa duo instantia. Si dicas quod minimum forme sequentis producetur in tempore sequitur quod pars producetur post partem et sic dabatur minus minimum ideo dicitur aliter quod illud minimum non potest subito esse. Si dicas pono quod minime carni applicetur unum agens contrarium quod incipiat corrupti pere aliquam partem eius vel aliquam condensare. Non admitto casum dicit venetus primo phi. unde applicato contrario frigido. a. minime carni vel minimum igni non immediate post hoc corruptetur aliter quod pars. a. neque condensabitur sed bene alterabitur et frigescit immediate post hoc nec est quilibet gradum frigiditatis sequitur aliquis gradus densitatis immo inducetur certa latitudo frigiditatis antequam inducatur aliqua densitas et tandem illud minimum habebit primum instans non esse. Sed contra ponamus quod minima caro habeat etiam minimum frigiditatem et omnes alias qualitates minimas secundum intensionem et applicetur sibi contrarium. Posset dici quod in primo instanti applicationis minimum primo non est sicut actus opinatiū corruptetur ob actu scientie in primo instanti sui esse sic quod actus opinatiū tunc non est.

Ad nonum negatur antecedens. Et similiter ad aliud licet calefiat non sit maior.

Ad decimum dicit. S. T. et Albertus quod in mathematicis non datur maximum neque minimum. Ad aliud quidam diceret quod albedo christi si relinqueratur sue nature corrupteretur quia non est extensa. Sed contra non habet modum quantitativum ergo non est corruptibilis. Dico ergo quod habet determinatam quantitatem licet non sit extensa. Ad aliud dicunt quidam illa instantia nature nichil esse in re sed solum in intellectu. Sed contra causa est primum natura effectu secluso intellectu dicendum ut supra. Ad aliud dicitur quod non sunt indiuisibilia mathematicae. id est puncta.

Ad undecimum dicit quidam quod delectatio possit tantum augeri quod generabit fastidium et sic non necessitatibus voluntatem. Sed hoc nichil est quia si et argumentum de tristitia. Dicunt alii quod voluntas est infinite virtutis extrinsece sed non intrinsece quia a nullo extrinseco potest vinciri et si dicatur difficultus est vincere unam temptationem quam aliam ergo tandem potest superari. Dicendum quod verum est si deus permitteret unde Gregorius in primo dis. prima concedit quod positus in igne necessario tristatur sed dicunt alii quod talis tristitia homini non imputatur sicut dicunt de actibus stultorum. Alii dicunt stultos nullos habere actus voluntatis. Posset dici licet voluntas propter temptationem si non iuuaretur a deo non posset aliquando nullum actum habere non tamen necessitari potest. ad habendum hunc actum vel illum ad aliud dicit. S. T. prima parte quod bonum